



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis**

**Paulus, Hieronymus**

**Venetiis, 1572**

Ideoque.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10350**

gubernari Cartusien. ordinis Melden. Diœcesis Com-  
mendator, & fratres domus beatę Marię Theutonicorum  
Ierosolimitan.

*In literis iustitie extenduntur.*

**T**estes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio,  
vel timore subtraxerint, censura simili appellatione  
cessante compellas veritati testimonium perhibere.

*Si verò duo.*

**Q**uòd si non ambo his exequendis potueritis interes-  
se, alter vestrum ea nihilominus exequatur.

*Si verò plures.*

**Q**uòd si non omnes & c. Duo aut vnus vestrum ea  
nihilominus exequatur.

*Ideoq̄ue.*

**S**I Cardinali: Circumspectioni tuæ. Si Episcopo Frater-  
nitati tuæ. Si plures: Vestrę. Si sint alij inferiores discre-  
tioni vestrę, vel tuæ. Si Episcopo cum vno vel duobus  
inferioribus, dicitur, discretioni vestrę per Apostolica scri-  
pta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, &  
auditis hincinde propositis, quod iustum fuerit, appellatione  
remota, decernatis, facien quod decreueritis per cen-  
suram Ecclesiasticam appellatione postposita compescen-  
do. Quòd si non omnes & cæt. Si Episcopus, autoritate  
nostra.

Rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea, quæ de *Rationi  
cõgruã.*  
Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superue-  
niente obitu, literę Apostolicę super illis confectę non fue-  
rint suum consequantur effectum.

*Communis*